

## ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(38. Plura in Pandectis hoc titulo occurrunt, quæ jure novissimo correctæ sunt. Non inutile est ea adnotare.

I. Pertinebat olim Lex Falcidia ad ea quoque legata, quæ Deo relinquebantur, leg. 1. § 5. hoc tit. Sed per *Novell. 131.* hoc jus correctum, cautumque est, detrahendam haud esse Falcidiam in Legatis ad pias causas, licet non indistincte, sed sub certa limitatione, si hæres in mora deprehendatur. Interim tamen in Foro obtinuit indistincte, in Legatis ad pias causas cessare detractionem Falcidiæ, idque etiamsi pia causa hæres sit instituta, nam quum hæres hoc casu non reperiatur Privilegiatus, debet uti jure communi; Confer *Barry de Success. tom. 2. lib. 15. tit. 7. numer. 8.* Ex qua ratione rejicienda videtur distinctio, quam tradit Auctor n. 42. et duob. sequent.

II. Detractio Falcidiæ non pertinebat olim ad Donationes mortis causa, d. l. 1. § 8. hoc tit. At pertinet ex l. 5. Cod. hoc tit. et l. 1. Cod. de *Donat. mortis causa.*

III. Olim Testator prohibere haud poterat detractionem Falcidiæ, ita ut nec pactum Testatorem inter et Hæredem valerit ne Falcidia uteretur, et ut certam pecuniam, si contra fecisset, præstaret; l. 15. § 1. hoc titulo, ubi hæc redditur ratio, quod Privatorum cautione Legibus haud sit refragandum. Immo conditio hæc: «Haud hæres beneficium Falcidiæ amitteret» fraudis causa adscripta videbatur, eaque propter habebatur perinde, ac si non esset adscripta, leg. 22. ff. hoc titul.

## FALSUM, FALSARIUS.

## SUMMARIUM.

1. Falsum quid sit? — 2. Ad crimen falsi quæ requiruntur. — 3. Falsum committitur principaliter

*Inofficioso Leg. Multi ff. De Liber. et Posthum. et leg. Cum donationis 54. Cod. De Transaction.*

Si itaque testator, cum agitur de hujusmodi Hæredibus necessariis hæreditatem suam plus æquo legatis oneraverit, jus profecto competet hisce hæredibus detrahendi ex asse legitimam, seu quidquid ad illam complendam defuerit; legitima enim portio Jure naturæ debetur liberis, uti docet Innocentius III, in Cap. *Raynucius 16. De Testament.* in quod lege Doctissimum Gonzalez in *Adnotationibus* ad laud. Cap. n. 15. Quod et de aliis hæredibus necessariis pariter affirmari posse videtur.

Utrum vero hujusmodi hæredes necessarii post detractam portionem legitimam ex asse, jus quoque habeant deducendi præterea quartam Falcidiam ex legatis, et Trebellianicam ex fideicommissis, gravissima, et satis implexa quæstio est inter Juris prudentes hinc inde dissidentes; ac pro alterutra parte decertantes. Utriusque partis argumenta, et rationes refert, atque expendit laud. Gonzalez in *Notis* ad laud. c. *Raynucius* n. 22. Qua quidem in re haud abhorrerem a sententia Donelli, Vinnii, aliorumque insignium Jurisperitorum, cui et laud. Gonzalez adheret, uti videre est in laud. *Adnotationibus*, qua quidem sententia discrimen interponitur inter Jus Civile et Canonicum, et jure quidem Civili hæredibus necessariis solam legitimam ipsis debitam ex asse deducere, sibi que retinere fas et jus erit. *Novell. 1, cap. 1, facit etiam ad hoc lex Papinian, 8,*

Sed in *Novella 1. cap. 12.* facta est Testatori potestas quartam plane prohibendi, qua facultate concessa evidens quoque est valere hodie pactum inter Hæredem, et Testatorem de non detrahenda quarta secus ac olim. Si enim prohiberi testamento potest Falcidia, renunciari et ei potest inter vivos.

IV. Hæres aliquod subtrahens ex hæreditate, exuebatur olim Falcidia, intuitu istius rei quam intervererat, vel etiam suam esse contenderat; l. 58. in fine, hoc tit. l. 6. ff. de *his quæ ut indign.* At ubi Justinianus introduxit Beneficium inventarii in lege final. Cod. de *Jur. deliberan.* simul in § 10. cit. Legis, constituit. Hæredes celantes aliquod dolose ex rebus Hæreditariis, pœna duplici esse plectendos, salva quarta, ne hæres bis puniretur. Sed in *Novella 1. cap. 2.* noviter statuit, ut hæres de subtractione rei hæreditariæ convictus, amittat Falcidiam, in favorem legatariorum, et quidem penitus non tantum intuitu rei sublata.

V. Jure digesterum propter mortis causa capionem locus non erat beneficium hujus quartæ; l. 93. ff. hoc tit. Sed postquam jure novo admissa est Falcidia in mortis causa donationibus, eadem locum quoque sibi vindicat in tali mortis causa capione, qua Hæres conditionis implendæ causa, aliquid alteri et propriis bonis elargiri debet, leg. penult. Cod. hoc. titulo.

(39. Vide et alias differentias apud *Strykium in Usu modern. Pandectar. lib. 35. tit. 2.* qui simul recte explicat, quomodo æstimatio Falcidiæ ineunda in annuis Legatis, tum in Legato alimentorum.

quatuor modis. — 4. *Dicto* crimen Falsi committitur primo per testes, qui falsum testimonium dicunt vel verum supprimunt. — 5. Testis falsidicus tres lædit, Deum, Judicem, et partem. — 6. Secundo falsum

§ 9, ubi instituti hæredes removentur a querela inofficiosi, si habeant Falcidiam ex legatis. Et § 15. Si quis, etc. impuberes adrogati, qui movere poterant querelam inofficiosi, ab eadem excluduntur, cum habeant quartam ex Constitutione D. Pii. Aliter vero sese res habet juxta Canonici juris præscripta; etenim hæredes necessarii ex asse paterno prius deducant legitimam juri naturæ debitam, in qua prægravari non poterant; deinde Falcidiam, aut Trebellianicam ex legatis, et fideicommissis; quod quidem manifestissime pateat ex Cap. *Raynucius* et ex Cap. *Raynaldus*, per Auctorem nostrum laud. Quandoquidem Jus Canonicum magis favere solet causæ filiorum, eorumque commodis uberius prospicere. Hinc in Cap. *Cum haberet De Eo, qui duxit*, etc. filiis illegitimis, atque ex damnato coitu procreatis jubentur parentes adulteri alimenta necessaria subministrare, secundum quod iisdem (Parentibus) suppetunt Facultates; cujusmodi quidem filios constat spectato rigore juris Civilis hoc beneficio privari. Lege Authent. *Licet*, et Authent. *Ex complexu*. Cod. de *Incestis Nuptiis*.

Demum si agatur de hæredibus non necessariis, isti quidem præcedent legatarios ad quartam Falcidiam consequendam. Adeantur tit. ff. et Cod. *Ad legem Falcidiam*; si vero Fideicommissis hæreditas fuerit gravata deducant hæredes quartam Trebellianicam, uti abunde constat ex laud. juribus. (EDIT. NEAPOL.)

committunt *dicto* testes, qui interrogati respondent se non recordari; vel versute, et obscure. — 7. Tertio falsum committunt *dicto*, qui testem subornant. — 8. Quinto falsum committunt *dicto* illi Judices, qui dolo malo contra Legis sententias pronunciant. — 9. Quinto falsum committunt *dicto* illi Advocati, qui parti adversæ causam revelant, et partem adversam juvant. — 10. *Scripto* crimen Falsi committitur primo si Notarius scripserit, vel signaverit, seu firmaverit falsum testamentum, vel instrumentum. — 11. Secundo si notarius, vel quilibet alius in alterius testamento, se scripserit hæredem, vel sibi Legatum adscripserit. — 12. Tertio si quis exemplat aliquam copiam ab originali diversam. — 13. Quinto si quis manum alterius in ejusdem, vel tertii præjudicium falsificaverit. — 14. Quinto si quis mutet diem, et tempus in aliqua scriptura. — 15. Sexto si quis nomen, vel cognomen fraudulenter sibi mutaverit, et scripserit. — 16. *Facto* crimen falsi committitur etiam pluribus modis. Primo quando quis corrumpit, abrasit, vel cancellavit scripturas, vel aliquid delevit. — 17. Fem si quis scripturas combusserit, laceraverit, vel aliter destruxerit. — 18. Item si quis scripturas subriperit, et occultaverit. — 19. Secundo si venditores, et emptores pondera, vel mensuras legitimas corruerit. — 20. Tertio quando aliqua femina alienum partum tamquam ex se natum supponit. — 21. Quarto prohibendo aliquem testari, vel testamentum mutare. — 22. Quinto, si quis aliquem ad testandum compulerit. — 23. Sexto quando eadem res venditur duobus. — 24. Septimo, quando quis alienis insignibus usus est, vel falso diplomate vias commovit. — 25. Octavo, si quis in scripturis corruerit sigillum proprium. — 26. Nono, quando quis se pro milite gerit, cum non sit miles, vel falso sibi assumit titulos honoris, vel status. — 27. Decimo, quando mercibus adulterina, seu minus utilis materia adjungitur. — 28. Undecimo, supponendo unam personam pro alia in celebratione alicujus contractus. — 29. Duodecimo, quando quis utitur dolose indumentis sexui et conditioni personæ non convenientibus. — 30. Tertiodecimo, quando Aromatarius adulterat medicamenta dando quid pro quo. — 31. Quartodecimo, quando quis proposita Edicta dolo malo corrumpit, vel utatur falsis constitutionibus. — 32. Quintodecimo, fabricando falsam monetam. — 33 ad 56. Falsum circa monetam quibus modis committatur. — 37. *Usu*, seu potius *abusu* committitur crimen Falsi dupliciter. Primo modo quando quis scienter utitur falsitate ab aliis confecta. — 38. Secundo, quando quis producit dolose et scienter falsos articulos a se fabricatos. — 39. Litteræ Apostolicæ possunt falsari novem modis, qui assignantur. — 40 ad 44. Pœnæ falsantium

(1. Falsum, seu falsitas est veritatis immutatio dolo malo in alterius præjudicium facta, Raynald tom. 2. in *Rubric. cap. 18. num. 7.* et sequent. Ameno de *Delict. et pen. tit. 6. de Crim. fals. n. 2.* et est in re communis. (2. Ad crimen Falsi tria requiruntur. Primo, ut immutetur, seu pervertatur veritas; Authent. de *Instr. caut. et fide. collat. 6. Novell. 73. in princ.* Secundo, ut id dolo malo fiat, sive animo corrumpendæ veritatis in alterius fraudem; l. 1. et l. *Impuberem 22. ff. et leg. Nec ad exemplum 20. Cod. ad Leg. Cornel. de Fal.* Tertio, ut Falsitas fiat cum notabili damno alterius, ita ut alteri noceat, vel nocere possit, etsi forsitan impediatur; leg. *Qui Falsas. 6. et leg. Si Falsos 8. Cod. ad Leg. Cornel. de Falsar.* alioquin uno horum deficiente non dicitur quis proprie falsarius, nec tenetur pœna falsi, cit. leg. *Nec ad exemplum 20. ad L. Cornel. de Falsar.* (3. Fal-

litteras Apostolicas assignantur. Primo sunt ipso facto excommunicati. — 45. Secundo, si sint Clerici, sunt ipso jure privati Officiis, et Beneficiis Ecclesiasticis. — 46 ad 48. Tertio, et prævia degradatione, Curia seculari tradendi. — 49. Quarto falsis litteris Apostolicis utentes, si Clerici sunt, Officiis, et Beneficiis privantur, si Laici, sunt ipso facto excommunicati. — 50. Falsis litteris utentes, et falsas litteras impetrantes, æquiparantur. — 51. Nihilominus tamen plurimi susinent contrarium. — 52. Quinto, qui scienter habent falsas litteras Apostolicas, nisi intra viginti dies illas lacerent, aut restituant, subjacent excommunicationi. — 53. Etiamsi illis non utantur, nec utendi intentionem habeant. — 54. Falsans litteras Apostolicas etiam semel tantum, incurrit pœnas. — 55 ad 56. Falsarius etiam occultus incurrit pœnam, excepta degradatione. — 57. Pœnæ contra falsantes procedunt, quamvis nullum, aut modicum damnum emergat. — 58 ad 60. Quæ Bulla et littera veniant nomine litterarum Apostolicarum in ordine ad pœnas. — 61. Falsificans litteras Papæ, et Imperatoris punitur pœna mortis. — 62. Sic etiam Falsificans litteras Supremorum Principum. — 63. Et alicubi aliorum Magistratum. — 64. Pœna Clerici falsificantis sigillum Principis. — 65. Pœna Cler. fals. vel litteras Episcopi, vel Capituli. — 66 ad 67. Pœna Regularium sigillum vel litteras Prælatorum falsificantium. — 68. Pœna ordinaria committentis quodcumque crimen Falsi. — 69. Pœna falsi testis in causis civilibus, et criminalibus. — 70. Quid si falsus testis sit Clericus. — 71. Quando hæc pœna limitetur. — 72. Pœna Notarii scribentis Falsum testamentum, vel instrumentum. — 73. Qua punitur etiam falsificans manum alicujus. — 74. Pœna Advocati, et Procuratoris Falsum committentis. — 75. Pœna Judicis. — 76. Pœna Falsificantium legitimas mensuras, et pondera. — 77. Pœna fabricantium Falsam monetam. — 78. Pœna impediendum aliquem testari, vel jam factum testamentum mutare, vel ad testandum compellendum. — 79. Pœna supponentis Falsum partum. — 80. Pœna eorum, qui Falsum committunt supprimendo scripturas publicas, vel libros mereatorum. — 81. Pœna gerentis se pro Curia. — 82 ad 85. Quando limitetur hæc regula. — 84. Aliorum Falsariorum pœnæ, remissive. — 85 ad 86. Ad hoc, ut quis de Falso pœna ordinaria puniri possit, quæ requirantur. — 87. Aliæ pœnæ falsariorum. — 88. Eorum malitia cavenda. — 89. Falsi definitio completur. — 90. Ejus species ad duo summa capita reducentur. — 91. An is qui adulterinum testamentum recitavit lege Cornelia teneatur. — 92. An qui veritatem reticuit. — 93. An denique qui, testimonio suo vendito, adversarium tamen juit.

sum, seu falsitas committitur principaliter quatuor modis, scilicet *Dicto, Scripto, Facto, Usu*, seu potius *Abusu*, Farinac. *Prax. crimin. 6. lib. 5. sect. 16. q. 150. n. 6.* Mascard. de *Probat. Conclus. 739. num. ult.* Engel. l. 5. *Decretal. tit. 20. n. 2.* Pirhing. *ibid. n. 1.* Reiffenstuel. *ibid. num. 2.* et alii passim.

(4. *Dicto* crimen Falsi committitur multifariam. Primo falsum committunt *Dicto* testes, qui falsum testimonium dicunt in judicio, vel verum supprimunt dolo malo, textu expresso in cap. *Falsidicus 1. de Crim. Falsi*, ibi: «Falsidicus testis... nterque reus est, et qui veritatem occultat, et qui mendacium dicit, quia et ille prodesse non vult, et iste nocere desiderat.» Idem præcise habetur in c. *Quisquis 11. quæst. 3. concordat l. 1. et l. Falsi pœna 20. ff. Ad leg. Cornel. de Falsar.* (5. Testis Falsidicus tres lædit: Deum, Judi-

cem, et partem, textu expresso in cit. c. *Falsidicus*, ibi: « Falsidicus testis tribus personis est obnoxius; primum Deo, cujus præsentiæ contemnit; deinde Judici, quem mentiendo fallit; postremo innocenti, quem falso testimonio lædit. » (6. Secundo, Falsum committunt dicto testes, qui interrogati respondent se non recordari, cum debeant verisimiliter recordari. Item si per malitiam, et dolum respondent versute, et obscure, Farinac. loc. cit. num. 224. Pirhing loc. cit. 4. Reiffenstuel loc. cit. num. 6. (7. Tertio, falsum committunt dicto, et criminis Falsi sunt rei, qui testem subornant, vel donis, aut pretio corrumpunt ad dicendum falsum testimonium, vel occultandam veritatem, sicuti, et qui utuntur dicto testis Falsi; Clarus § *Falsum* num. 3. Pirhing. loc. cit. num. 4. Reiffenstuel loc. cit. num. 5. (8. Quarto, falsum committunt dicto, et ut falsarii puniuntur, illi Judices, qui pecunia corrupti, vel alias dolo malo contra Leges, et Constitutiones Principum sententias pronunciant; arg. l. 1. § *Sed et si Judex*, ff. ad *Leg. Cornel. de Falsar.* (9. Quinto, Falsum committunt dicto, et rei criminis Falsi sunt illi Advocati, qui parti adversæ causam revelant, et vel propriis probationibus dissimulatis, vel falsis exceptionibus, aut probationibus admissis, partem adversam directe, vel indirecte juvant; arg. leg. 1. § 1. ff. ad *Legem Cornel. de Falsar.* et leg. 1. § 1. ad *S. C. Turpil.* Pirhing. loc. cit. num. 8. Haunoldus tom. 6. tract. 2. num. 180. Reiffenstuel loc. cit. num. 8.

(10. Scripto crimen falsi committitur pluribus modis. Primo, si Notarius scripserit Falsum testamentum, seu instrumentum, vel signaverit, vel firmaverit illud; § *Item Lex Cornelia, de Falsar. Instit. de Public. Judic.* ibi: « Qui Testamentum, vel Instrumentum falsum scripserint, signaverint, legerint, subjecerint, vel signum adulterinum fecerint, sculpservint, vel expresserint scienter, et dolo malo. » (11. Secundo, si Notarius vel quis alius in alterius Testamento se scripserit hæredem, vel sibi legatum adscripserit, lib. 1. § *Ad Testamentum*, ff. ad *l. Cornel. de Fals.* et tot. tit. Cod. de *his, qui sibi in testamento adscrib.* (12. Tertio, si quis exemplat aliquam copiam ab Originali diversam, vel aliquam partitam, aliter transcribat, quam in exemplari reperiatur conscripta, cap. cum *Venerabilis*, § *Intelligimus*, de *Exception.* Farinac. quæst. 150. numer. 64. (13. Quarto, si quis manum alterius in ejusdem, vel tertii præjudicium falsificaverit, veluti si quis contrafaciat manum sui creditoris, faciendo aliquod receptum, in eo asserendo debitum sibi fuisse persolutum, Farinac. q. 150. n. 23. (14. Quinto, si quis mutet diem, et tempus in aliqua scriptura, et ut vulgo dicitur apponendo antdatam; Farinac. q. 150. num. 99. et q. 115. num. 26. (15. Sexto, si quis nomen, vel cognomen fraudulenter sibi mutaverit, vel scripserit, leg. *Falsi*, ff. ad *l. Cornel. de Falsar.* ibi: « Falsi nominis, vel cognominis asseveratio pœna Falsi coercetur. »

(16. Facto crimen Falsi committitur etiam pluribus modis. Primo, quando quis corruptus, abrasit, vel cancellavit scripturas, vel aliquid delevit, ne itidem veritas appareat, l. 1. § *Is qui pervertit*, ff. ad *Leg. Cornel. de Falsar.* l. *Qui testamentum*, ff. eod. (17. Item si quis scripturas combusserit, laceraverit, vel aliter destruxerit, ut rei veritas opprimatur, leg. *Paulus* § *Paulus*, ff. ad *leg. Cornel. de Falsar.* Raynaldus tom. 2. cap. 18. § 3. num. 1. et seq. ubi num. 5. refert, quod Cancellarius Faventiæ condemnatus fuit ad Trirremes eo quia dederat parti processum ex Cancellaria ad comburendum illum. (18. Item si quis scripturas, veluti Instrumenta, Testamenta, libros, et similia subriperit et occultaverit, ne veritas detegatur; l. 1. § *Qui in rationibus*, ff. ad *l. Cornel. de Falsar.* (19. Secundo, si Venditores, et Emptores pondera, mensuras legitimas frumenti, vini, aut cujuslibet rei corruperint; l. *Hodie* 32. ff. ad *l. Corn. de Falsar.* (20. Tertio, quando aliqua femina alienum partum tamquam ex se natum supponit, cum revera aliterius femine filius sit; l. 1. l. *Qui falsum*, et l. *Cum supposui*, Cod. ad *leg. Cornel. de Falsar.* (21. Quarto, prohibendo aliquem testari, vel jam factum testamentum mutare, l. 1. § *Si quis* ff. ad *leg. Cornel. de Falsar.* ibi: « Volente eo facere testamentum, vel mutare; » Hic enim veritatis occultator est, quia Testator mediante testamento intentionem suæ voluntatis erat aperiturus de eo, quod post mortem suam fieri volebat. Clar. in *Prax.* § *Falsum* num. 36. Farinac. qu. 151. n. 1 et 6. (22. Quinto, si quis e contra aliquem ad testandum compulerit, ut Rubr. et toto tit. ff. et Cod. *Si quis aliq. testat. prohib. vel cogit.* (23. Sexto, quando eadem res venditur duobus; l. *Qui duobus*, ff. ad *l. Cornel. de Falsar.* (24. Septimo, quando quis alienis insignibus usus est, vel falso diplomate vias comœavit; l. *Eos, qui*, ff. ad *l. Cornel. de Falsar.* et l. unic. Cod. de *Mutat. nom.*

(25. Octavo, si quis in scripturis corruperit sigillum proprium ponendo falsum, et adulterinum. Glossa in cap. *In memoriam*, verb. *Falsum*, dist. 19. Raynald. tom. 2. cap. 18. § 3. per tot. Ameno de *Delict. et pœn.* tit. 6 § 1. num. 22. (26. Nono, quando quis se pro milite gerit, cum non sit miles, vel sibi falso titulos honoris, vel status, v. g. Clerici, Sacerdotis, Nobilis, Doctoris, Notarii, et hujusmodi assumit; Farinac. q. 150. num. 85 et 87. Raynald. loc. cit. cap. 18. supplet. 1. n. 1. et sequent. Pirhing lib. 5. *Decret.* tit. 20. num. 45. Reiffenstuel *ib.* num. 18. (27. Decimo, quando mercibus adulterina, vel minus utilis materia adjungitur; Farinac. loc. cit. Molin. disp. 701. n. 1. Pirhing. loc. cit. num. 45. Reiffenstuel loc. cit. n. 16. (28. Undecimo, supponendo unam Personam pro alia in celebratione alicujus contractus, in testamento, in Judicio, vel alias quomodolibet in tertii præjudicium; Farinac. q. 150. num. 90 et 92. (29. Duodecimo, quando quis utitur dolo vestibus, et indumentis sexui, et conditioni personæ non conve-

nientibus, puta si sæcularis fraudulenter indutus sit habitu Religioso, vel muliebri, et femina sit induta vestibus virilibus; Caball. *Resolut. crim.* cas. 176. num. 10. Cohell. ad *Bullam Bon. Regim.* cap. 40. a num. 54. Raynald. tom. 2. cap. 18. § 33. num. 1. et sequent. Panimol. decis. 49. a num. 10. (30. Tertiodecimo, quando Aromaticus adulterat medicamenta dando quid pro quo, seu unum loco alterius a Medico præscripti juxta casum illius, qui dabat mel rosatum loco syrupi rosati solutivi, de quo Raynald. tom. 2. ad cap. 31. supplet. 2. per totam. (31. Quartodecimo, quando quis proposita Edicta dolo malo corrumpit, l. *Hodie*, ff. ad *leg. de Falsar.* Item, si quis utatur falsis Constitutionibus nullo Auctore, vel quæ non probatæ sunt, l. final. ff. eod. (32. Quintodecimo, committitur crimen Falsi Facto fabricando falsam monetam, ut late probat Panim. decis. 77. per totam. (33. Falsum circa monetam juxta ordinationem Caroli V. art. 3. princip. committitur tribus modis: Primo, si quis cudat monetam non habens facultatem eam cudendi, quamvis ea cæteroquin sit proba, et justis ponderis, siquidem jus cudendi monetam numeratur

(1) Ad justam et legitimam monetam constituendam tria simul concurrant, omnino oportet; scilicet metallum, figura, et pondus; sive ut loquitur Glossa in Cap. *Quanto* 18. De *jurejur.* Verb. *Patris: Quantitas justis ponderis, materia legitima, et publica Forma.* Lege Gonzalez Comment. in laud. Cap. *Quanto.* Horum autem si quidquam defuerit, justæ ac legitimæ monetæ ratio deperibit; sive *numisma non erit*, uti loquitur Isidorus Lib. 26. *Etymologiar.* Hinc *Falsa Moneta*, uti rectissime advertit Dionys. Gothofred. in leg. *Qui falsam Monetam* 19. ff. de *leg. Cornel. de Falsis; Falsa moneta deprehenditur ex materia, pondere, et Forma adulterina.* Atque idcirco circa unumquodque istorum poterit falsitatis crimen admitti, sive moneta falsari; uti rectissime expendit Cl. Auctor noster, atque exemplis illustrat. Illorum porro scelus, qui monetas aliquo ex prædictis modo adulterare, falsare, aut vitare intuleranda cupiditate ausi essent, velut summæ majestatis rei ultimo supplicio afficiendi decernuntur leg. 1 et 2. Col. *De Falsa Moneta.* Leg. *Quicumque* 8. ff. de *leg. Cornel. de Falsis.* Quin et Ecclesiasticæ Sanctiones variis, iisq. gravissimis pœnis hujusmodi scelus insectate semper fuere; uti videre est in Concilio Lateranens. habito sub Callixto II. anno 1122, cap. 15. ex Editione Stephani Baluzii in Notis ad Petrum de Marca *De Concord. Sacerd. et Imp.* lib. VIII, cap. 21. In Extravag. Clem. V. atque in Extravag. *Prodiens.* Joann. XXII. *De crimine Falsi*, aliisque Summorum Pontificum subsequens ætatibus Constitutionibus. Confer huc, quæ habet Auctor noster Verb. *Moneta.* Hæc profecto uti satis certa, atque explorata in memoriam revocasse sufficiet, ut aditus pateat ad insequentem Quæstionculam dilucidandam.

Controvertitur itaque inter Theologos, num Falsarius monetarum ille dicendus sit, qui nummos justum ac legitimum pondus excedentes circumcidit, attonderit, donec ad justum pondus redigantur. Non pauci sunt, qui id pernegant; uti Sylvius, Sylvester, Angelus, alique, quibus et Auctor noster incunctanter adhæret, uti ex adductis ab ipso exemplis n. 34. satis patet. Imo adjungit laud. Angelus hujusmodi, qui de monetæ excedente pondere superfluum detraxerint, licet moniti a Confessario abstinere nolint, absolutionis beneficio non esse privandos, cum non satis manifesto appareat eos mor-

inter Regalia, ut patet ex lib. *Feud. tit. Quæ sunt Regalia*, juncta l. 2. Cod. de *falsa Moneta.* Tum quia ad legitimam, et justam monetam non sufficit materiæ bonitas, sed insuper requiritur quod sit sculpta, et percussa publica forma Arg. l. 5. ff. de *Contrahenda Emptione, et Venditione.* Hæc autem forma publica, vel deest, vel falso fingitur in moneta, privata auctoritate cusa, cum nemo possit illam adhibere absque incursu criminis Falsi sine concursu supremi Principis; arg. l. *Falsi* 13. princip. l. *Qui nomine* 25. ff. ad *l. Cornel. de Falsar.* et l. final. Cod. de *Fals. Monet.* (34. Secundo, si quis legitimæ monetæ justum pondus toncendo, scindendo, abradendo, vel alio modo dolose diminuit, l. *Quicumque*, ff. ad *leg. Cornel. de Falsar.* (35. Tertio, si quis monetam adulterinam cudat, v. g. eam fabricando ex toto ex materia falsa, ut ex stanno, cupro, et hujusmodi, vel veræ materiæ, puta auro, et argento materiam adulterinam, puta stannum, cuprum, et hujusmodi admiscendo, vel nummos falsos tingendo ut appareant vere aurei, et argentei; l. *Lege* 9. ff. ad *legem Cornel.* et l. 2. Cod. de *falsa Moneta* (1). (36. Ad Falsum circa monetam plerum-

taliter peccare. Alii videntur media via incedere; hujusmodi nempe, de quibus loquimur in adducta hypothesi, puniri posse uti Falsarios, quia de monetis publicis privata auctoritate detrahunt damno Communitatis; quasi dicere vellent revera Falsarios non esse censendos.

Verum licet prior isthæc adducta sententia Sylvii etc., sua eademque non levi probabilitate fulciri, ac sese tueri videatur, uti ex dictis sat luculenter eruitur: nihilominus, uti verosimilius oppositum dicendum videtur. Ac primo quidem, ut incerta a certis secernantur, illud constat apud omnes: si publica Auctoritate de monetis justum pondus excedentibus aliquod fuerit detractum ab ipsis Monetariis, minime reprehendendum videtur, neque culpari posse. At si id fiat privata auctoritate, certa atque explorata res est id minime licere, atque peccare, qui aliquod hujusmodi attentarit; cumque hoc peccatum jus publicum violet, atque justitiam lædat, secumque ferat onus restituendi quidquid inde abrasum, vel detratsum fuerit, uti rectissime docet Navarr. in suo *Manual.* cap. 17, n. 168, haud inter levia connumerandum, sed gravi reatu peccatum hujusmodi irædæ astringere fatendum est; quidquid in contrarium senserint nonnulli apud Ciera in *De Casib. Reservat.* Dissert. 16, q. 2. qui spectato jure communi, hujusmodi monetas attondentes non solum a restitutionis onere absolvent, verum etiam a cujusvis peccati videntur excusasse reatu.

Quod demum spectat ad propositam Questionem verosimilius nobis videtur dicendum hujusmodi attondentes monetas excedentes etiam in eo quod excedunt, uti Falsarios habendos, atque pœnis a jure statutis fieri obnoxios. Etenim in leg. *Quicumque* 8. ff. de *lege Cornel. de falsis* hujusmodi nummos aureos aut radentes, aut circumcidentes, aut stringentes velut rei de crimine falsi, ultimo supplicio addicendi decernuntur; ut ibid. videre est. Ergo cum leges indistincte loquantur, intelligendæ sunt etiam de illis, qui in nummis excedentibus justum pondus in orbem attondendo superfluum inde detraxerint. Accedit etiam ratio, quæ hoc ipsum suadere videtur, siquidem Falsator, seu vitiator monetæ dicendus erit quicumque formam publicam privata auctoritate immutare audeat; quod æque fieri, atque evenire videtur, si vel radendo de justo pondere detrahit

que reducitur etiam confectio auri, et argenti arte Alchimie; Reiffenstuel loc. cit. num. 24. vid. verb. *Alchimia*; et hic sufficiat addere quod Alchimia definitur ab aliquibus penes Lemeryum *Cours de Chimie* cap. 1. *de Aur.* fol. 61. quod sit « Ars sine arte, cuius principium mentiri est, finis vero mendicare, » et concordat de Angel. *de Delict.* part. 1. cap. 6. de quibus Alchimis verificantur ea, quæ refert Pagn. in *Director. Inquisitor.* part. 3. comment. 26. in fine nempe.

*Ars suspecta probis, ars ipsa inuisaque multis Invisis etiam Cultores efficit artis* (1).

(37. *Usu*, seu potius *abusu* committitur crimen *Falsi*, dupliciter. Primo, quando quis scienter utitur *falsitate* ab aliis confecta, ut si quis falsas scripturas, puta falsum instrumentum, falsum testamentum ab alio confectum dolose, et scienter in iudicio producat. Is enim falsum committere dicitur, ac si illud fabricasset, L. *Majorem*, Cod. *Ad leg. Cornel. de Falsariis*. (38. Secundo, quando quis producit dolose, et scienter falsos articulos a se fabricatos, et super illos procurat examinari falsos testes utendo eorum dictis. Præsumitur autem quis falsos adducere articulos, quando respiciunt factum proprium non subsistens, sed de recenti secutum, vel falsis naturæ, ut nullo modo possit habere locum ignorantia. Farin. qu. 159. num. 84. et seq.

(39. Literæ Apostolicæ possunt falsari novem modis, ut Innocentius III. scripsit Archiepiscopo, et Canonicis Mediolanensibus, et habentur expressi in cap. *Licet ad regimen 5. de crimine Falsi*, ibi: « Ut autem varietates falsitatis circa nostras literas deprehendere valeatis, eas vobis præsentibus literis duximus exprimendas. Prima species falsitatis hæc est, ut falsa Bulla falsis literis apponatur. Secunda, ut filum de vera Bulla extrahatur ex toto, et per aliud filum immisum falsis literis inseratur. Tertia ut filum ab ea parte, in qua charta plicatur, incisum,

sive etiam solummodo quidquid excedat justis ponderis mensuram inde detondeat.

Hæc porro rationibus suadentibus permoti in *Addition. ad Element. Theolog.* Append. II. *De Casibus. Reser.* in Nostra Neapolitana Diœcesi Cas. 45, q. 5, ubi adjuncta excommunicatione reservatur crimen falsationis monetarum his verbis: « Falsarii monetarum, videlicet ii, qui monetas quomodocumque vitiant; nim. vel eas diminuendo, etc. » respondimus, huiusmodi homines in nostra Neapolitana Diœcesi monetas, nummos attondentes etiam in ea tantum parte, qua iustum pondus excesserint, reservata excommunicatione nostri adducti casus innodari, atque percelli; licet Mazzotta, et Ciera disputantes de iis, qui incurrant reservatam excommunicationem adducti casus nostri in diversam abierint sententiam. Hæc quidem, quæ in hac Adnotatione proposuimus, atque præ aliis seligenda duximus, verosimiliora nobis visa fuere; salvo tamen peritiorum iudicio. (EDIT. NEAPOL.)

(1) Non eadem pœna plectebantur omnes falsam euentes monetam. Aut enim agebatur de moneta civitatis, tunc ultimo supplicio sine appellatione falsificans puniebatur, et domos in qua cusa erat moneta acquirebatur Fisco. Monetam vero Principis fal-

cum vera Bulla falsis literis immittatur, sub eadem plicatura cum filo similis canapis restauratum. Quarta, cum a superiore parte Bullæ altera pars filii sub plumbo rescinditur, et per idem filum literis falsis inserta reducitur infra plumbum. Quinta, cum literis Bullatis, et redditis, in eis aliquid per rasuram tenuem immutatur. Sexta, cum scriptura literarum, quibus fuerat apposita vera Bulla, cum aqua, vel vino universaliter abolita, seu deleta, eadem charta cum calce, et aliis juxta consuetum artificium dealbata de novo rescribitur. Septima cum chartæ, cui erat apposita vera Bulla, totaliter abolitæ vel abrasæ, alia subtilissima charta ejusdem quantitatis scripta cum tenacissimo glutine conjungitur. Eos etiam a crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra Constitutionem nostram scienter literas non de nostra, vel Bullatoris nostri manu recipiunt. Illos quoque, qui accedentes ad Bullam, falsas literas caute projiciunt, ut de vera bulla cum aliis sigillentur; sed hæc duæ species falsitatis non possunt facile comprehendi, nisi, vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ, vel qualitate chartæ falsitas cognoscatur. In ceteris autem diligens indagator falsitatem poterit intueri, vel in adjunctione filorum, vel in collatione Bullæ, vel motione, vel obtusione, præsertim si Bulla non sit æqualis, vel alicubi magis tumida, et alibi magis depressa. »

(40. Pœnæ falsantium literas Apostolicas sunt sequentes. *Primo*, falsantes per se, vel per alium literas Apostolicas sunt ipso facto excommunicati; cap. *Ad Falsarium 7. de Crimine Falsi*, ibi: « Nos enim omnes falsarios literarum nostrarum, qui per se, vel per alios vitium falsitatis exercent, cum Fautoribus, et Defensoribus suis anathematis vinculo decernimus innodatos. » Et bulla Cœn. § 6. ibi: « Item Excommunicamus, et anathematizamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac supplicationum gratiam, vel justitiam concernentium per Romanum Pontificem, vel

sificans igne comburitur, et confiscantur omnia ejas bona. Qui vero monetam radit, vel tondet, si liber ad bestias damnabatur, si servus ultimo supplicio puniebatur. Daoyz, *summa jur. Civil.* tom. 2. lit. M. Verbo *Monetam*. Carpoz. *Pract. Crimin.* part. 1, quæst. 95, num. 2, et seq. Heinec. *Antiquit. Rom.* lib. 4, tit. 48, § 65. Hodie tamen magis arbitraria pœna locum habet. Voet. in *Pandect.* lib. 48, tit. 10, num. 8. Quid vero dicendum erit si quis falsam monetam eudere incipiens eam perficere desinat? Suffragio justæ penitentiae absolvendum monet Paulus in l. *qui falsam* 19, ff. *ad leg. Cornel. de Falsis*. Sed contrarium sentire videtur Ulpianus in l. *qui ea mente* 65, ff. *de Furtis*, et Valentinianus et Gallienus Imperatores in l. *si Falsos* 8. Cod. *ad leg. Corn. de Falsis*. Hinc falsos nummos euentes capitali pœna puniri tradit Moller. lib. 2, cap. 55. Plura de hac re apud Farinac *Oper. Crimin.* tom. 6. Carpoz. loc. cit. Faber. in *Cod.* lib. 9, tit. 45, definit. 5 et 6. Aut. *Matthæi. de Crimin.* lib. 48, tit. 7. Duaren. *ad tit. de leg. Cornel. de Fals.* tom. 5, pag. 220, et seq. Cujac. in *Paratit.* lib. 9, Cod. tit. 24, et *Comment. in lib. 11. Cod.* tit. 8, et tit. 11, tom. 2. (EDIT. BARBIELL.)

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium, aut gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum; nec non falso fabricantes litteras Apostolicas, etiam in forma Brevis, ac etiam falso signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut gerentium vices prædictorum. » (41. Absolutio talis Excommunicationis est Sedi Apostolicæ reservata, non solum per Bullam Cœnæ, sed etiam per c. *Dura 4. de Crimine Falsi*, ibi: « Quam (nisi forsitan in mortis articulo) sine speciali mandato nostro a quocumque nolumus relaxari; » Fagnan. in cit. cap. *Ad Falsarium* num. 30. (42. Excommunicationem incurrunt etiam sui Fautores, et Defensores, cit. c. *Ad falsarium*, ibi: « Cum Fautoribus, et Defensoribus. » Sed pro ipsis Excommunicatio non est reservata, quia in d. cap. *Ad falsarium* nulla ponitur reservatio; Reiffenstuel loc. cit. n. 33.

(1) Falsare litteras Apostolicas non est omnino falsas confingere, seu fabricari; hæc duo enim apertissime distinguuntur in Pontificiis Constitutionibus: falsare itaque est, aliquid addendo, vel detrahendo Apostolicis litteris earumdem sinceram et germanam veritatem immutare; aut vero sigillo, aut signo litterarum Apostolicarum ad falsas consignandas abuti; quemadmodum late prosequitur Innocentius III. in Cap. *Licet 5. De crimine falsi*. Hoc porro in Cap. *Maxime* erit animadvertendus quintus falsandi modus, ex iis, qui ibid. recensentur, cum scilicet, *litteris Bullatis, et redditis aliquid per rasuram tenuem immutatur*. Unde colligendum vel minimam immutationem, etiam in una littera, vel puncto sufficere ad grave crimen falsitatis constituendum, atque adeo ad censuram excommunicationis contrahendam. Atque ita sensisse videntur Hostiensis, Cajetanus, Rebuffus. At vero Navarr. in suo *Manuali* cap. 27, n. 62, contrarium apertissime edocuit; cum ait haud satis esse corrigere aliquam litterarum, vel punctum, quod non mutat substantiam aliquam, ut quis memorate excommunicationi subjaceat; quia id non sufficit ad peccandum mortaliter, nec proinde ad excommunicationis pœnam subeundam.

Hæc quidem Navarri sententia, quam sequitur Suarez de *Excommun. Papæ reservat.* disp. 21, sect. 2, n. 46, et Bonacina, non videtur nobis a veritatis tramite longius aberrare. Si quidem generatim loquendo, nemini dubium videri poterit, quod hæc actio falsandi litteras possit esse venialis ratione levitatis materiæ; et sane non est major ratio de hoc actu, sive materia, quam de aliis, in quibus levitas materiæ a gravis peccati reatu excusans, nullo Theologorum discrepante agnoscitur, atque admittitur. Secluso autem peccato mortali, certum etiam est in conscientia sententiam excommunicationis non incurrunt, uti omnibus probe compertum. Ad discernendum autem in hac re, an immutatio excusetur a culpa mortali, primo considerandum est, an per eam immutetur sensus a Pontifice intentus; nimirum quia hæc facta mutatione aliquid adseritur, vel negatur, quod ipse non intendebat, aut aliquid tacetur, vel omittitur, quod ipse intendebat proferre. Quia quidem in hypothese semper erit peccatum mortale sufficiens ad hanc censuram incurrendam, etiam si per unius puncti, aut apicis mutationem immutatio fieret; quia gravitas hujus peccati non in atramento, et litteris, sed in sensu consistit. At vero quando sensus non variatur contra mentem Pontificis; quod duplici ratione potest contingere: 1. Ut mens Pontificis etiam expressa in hujusmodi litteris non varietur; sed solum materialis aut grammaticalis error corrigatur. Et tunc haud censeri posse vi-

(43. Falsarii litterarum Apostolicarum, vel falso eas fabricantes, aut supplicationes falso signantes incurrunt Excommunicationem Bullæ Cœnæ, etiamsi hoc faciant per alios, arg. c. *Qui facit. 72. de Regul. Jur.* in 6. ibi: « Qui facit per alium est, perinde ac si faciat per se ipsum; » Fagnan. loc. cit. num. 34. et alii ibi citati. Falsantes litteras Papæ sunt excommunicati, sive sint Laici, sive Clerici, sive Monachi: cit. cap. *Ad falsar.* ibi: « Omnes Falsarios; » Fagnan. loc. cit. n. 89. (44. Episcopi autem et Superiores, licet non incurrant Excommunicationem latam in d. cap. *Ad falsarium*, quia ipsi et superiores nunquam comprehenduntur, nisi de illis fiat mentio specialis, ut in cap. *Quia periculosum, de Sentent. excommun.* in 6. hodie tamen ex Bulla Cœnæ falsarii litterarum Apostolicarum sunt excommunicati, etiamsi Episcopali, vel alia majori dignitate sint præditi; Fagnan. loc. cit. num. 57 (1).

detur per hujusmodi immutationem, seu potius correctionem peccati mortalis reatum, et excommunicationis pœnam incurrunt; imo videri poterit vix aliquam culpam ibi posse deprehendi; tum inspecta natura rei, cum nihil contra justitiam, caritatem, aut aliam virtutem, aut reverentiam sum. Pontifici debitam fiat; imo videtur prospici honori, et decentia litterarum Apostolicarum; tum ex jure positivo, quo prohibetur et debita pœna coercetur falsificatio, illa autem de qua diximus, revera falsificatio non est. Quod si dixeris per jus positivum prohiberi mutationem, rectius id intelligere posse videmur de mutatione formali, et quoad sensum, non autem de materiali, præsertim, quæ sit in melius. Recte tamen docet Suarez loc. cit. cavendas esse hujusmodi emendationes.

Alio modo potest contingere mutationem, seu emendationem esse ad mentem Pontificis secundum se, non tamen prout expressam in litteris. V. G. si constat Pontificem dispensasse in secundo gradu, in litteris vero per errorem scriptoris positum sit in tertio, aut quid simile; qua quidem in hypothese illud certius putatur, ac verosimilius censetur, non licere hujusmodi litteras in alium sensum mutare, easque emendare. Quamquam si talis mutatio fiat, litteræ validæ erunt quantum ad effectum; continent enim voluntatem concedentis. Unde interveniente bona fide, facile etiam poterit talis actio excusari a gravi culpa, et consequenter a censura in Conscientia. Ita Eximius Suarez loc. cit. n. 47.

Num. 41, verba faciens Auctor noster de excommunicatione inflicta adversus falsarios litterarum Apostolicarum qui per se, aut per alios hujusmodi falsitatis crimen perpetrare ausi fuerint, de qua in Cap. *Ad falsarium 7. De Crimine falsi*, arbitratur illam fuisse sum. Pontifici reservatam per constitutionem Cap. *Dura 4*, tit. eod. secutus Cl. Fagnani auctoritatem qui in laud. Cap. *Ad falsarium* n. 50, id ipsum docet, cum falsitatis crimen sit notorium. Id ipsum quoque sentit Glossa *ibid.*

At diligentius rem perscrutanti alia videbitur sententia, ac dispositio laud. Cap. *Dura*. In eo siquidem agebatur de quibusdam, qui falsas Bullas, aut litteras Apostolicas Bullis signatas confixerant, et in plurimas Orbis regiones transmiserant. Ut huic malo inde longius diffuso paterna sollicitudine obviam iret Innocent. III. in laud. Cap. I, statuit, ut nemo deinceps apud Sedem Apostolicam litteras hujusmodi nisi de manibus Pontificis, aut illorum, qui ad hujusmodi munus de ipsius Pontificis mandato essent deputati recipere auderet; gravissimis propositis *ibid.* pœnis adversus transgressores. II. Ut per singulas Parochias publice proponeretur; quod si quis a Sede